

*46. Instrumentum exsecutionis
testamenti dell'esecutore testamentario
Angelo de Bonopari, notaio*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*46. Instrumentum exsecutionis
testamenti dell'esecutore testamentario
Angelo de Bonopari, notaio*

1345-09-09

Angelo de Bonopari, notaio

(c. 324v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo
quatragesimo quinto, regnante serenissima domina
domina <nostra> Ioanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie
regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie
et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero
eius anno tertio feliciter amen, mense septembris, die
nono eiusdem, quinte inditionis, apud Potentiam.

1

Nos Petrus de Lacupensuli olim in anno // (c. 324v)
proximo preterite tertiedecime inditionis iudex civitatis
Potentie, in defettu aliorum iudicum nam dum in
eadem civitate Potentie pro predicto presenti anno
quartedecime inditionis per reginalem curiam creatorum,
Robertus magistri Perroni de eadem civitate publicus
ubilibet perregnum Sicilie regia autoritate notarius et
testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati,
presenti scripto publico notumfacimus et testamur quod
constitutus in nostri presentia notarius Angelus de
Lacupensuli de Potentia, habitator Vineole, epitropus
et executor testamenti seu ultime voluntatis condam
domni Angeli relitt(e) condam Roberti de Elaya de
Potentia, una cum viris nobilibus abbatibus <sic> Petro
de Madio <archidiacono Potentino et domino Matheo>
de Stampis de civitate Potentie, connestabulo, de cuius
epitropatu nobis quidem constitit per quoddam publicum
instrumentum scriptum manu notarii Mathei Pallottini
de Vineola et procurator dittorum domini Mathei et
abbatis ibidem consiliorum suorum et epitroporum in
testamento predicto, de cuius procuracione nobis plene
constitit per quoddam publicum instrumentum scriptum
A quartedecime

manu notarii Roberti preditti, idem notarius Angelus volens voluntatem ditti testatoris fideliter adimplere, ex potestate, licentia et authoritate tam ab eodem testatore tradita et concessa quam a prefatis eius consociis, commissario nomine, ut epitropus et executor testamenti preditti solemni, prius debita subastatione premissa et aliis iuris solemnitatibus observatis, que in // (c. 325r) vendendis rerum huiusmodi requiruntur, vendidit, alienavit et per fustis traditionem assignavit, iure proprio et inperpetuum, Canio de Carruba de Potentia, ibidem presenti et pro se et suis heredibus ementi et recipienti, infrascriptas petias terrarum que fuerunt ditti condam Roberti de Elia, sitas et positas in tenimento Potentie infrascriptis locis et finibus designatas; videlicet: petiam unam terre sitam in ditto tenimento Potentiam in contrata Vallonis de Lupo, cuius fines hii esse dicuntur: ab una parte tenent Girardus et Laurentius fratres, filii et heredes condam Ioannis Rubei de Potentiam mediante limite comuni; ab alia parte tenet Ciccus Cortesius, mediante limite, et si qui alii sunt confines; item petiam unam aliam terre sitam in ditto tenimento, in contrata que dicitur li Mundanelli, cuius fines hii esse dicuntur: ab una parte tenet idem emptor, ab alia parte tenet ecclesia Santi Michaelis de Potentia mediante limite comuni et si qui alii sunt confines. Item petiam unam aliam terre sitam in eodem tenimento et contrata, cuius fines hii esse dicuntur: ab una parte tenet idem emptor, ab alia parte tenent heredes condam Nicolai Russi de Madio, ab alia parte est via publica et si qui alii sunt confines. Item petiam unam aliam terre sitam in tenimento preditto et in eadem contrata, cuius fines hii esse dicuntur: ab una parte tenent heredes domni condam Nicolai de Madio, ab alia parte tenet ecclesia Sancti

Angelo de Bonopari, notaio

Eunofrii // (c. 325v), ab alia parte tenet idem emptor et si qui alii sunt confines; ad habendum, tenendum et possidendum, vendendum, donandum et permutandum, nec non et quocumque modo voluerit alienandum terras predittas, cum accessionibus, ingressionibus et egressionibus suis omnibus, omni iure, autoritate, usu seu requisitione sibi ex ipsis vel pro ipsis autoritate prescriptis modo aliquo pertinentibus; pro qua prefatus venditor coram nobis <sponte> confexus et contentus extitit se manualiter recepissee et habuisse ab eodem emptore, nomine pretii, in carlenis argenti, sexaginta per unciam computatis, unciam unam et tarenos viginti duos et grana decem ponderis generalis, totum videlicet pretium venditionis ipsius; renuntians dittus venditor exceptioni non numerate, non solute, non habite, non tradite et non assignate <sibi predictae> pecunie, non ponderati argenti, exceptioni presentis non sic celebrati contrattus et rei modo predicto non geste, iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et penam in contrattibus non apponi et appositam non exigi, legi Cum allegati, Codice de rescindenda venditione que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti pretii, iuri scripto et non scripto, consuetudinario, constitutionario, canonico et civili propter que vel aliquod predittorum posset presens contrattus irritum revocari seu huius scripti tenor in aliquo minui vel infringi, promittens // (c. 237r) dittus venditor seu commissarius, commissario nomine quo supra, per se et suos heredes ditto emptori ibidem presenti et pro se et suis heredibus stipulati, litem vel controversiam ei vel suis heredibus de dittis terris ullo unquam tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsas tam in proprietate quam in possessione ei et suis heredibus ab omni homine legitime defendere,

«autorizare et» disbrigare predittam venditionem et omnia et singula supraditta firma et rata habere perpetuo, tenere et nunquam contra facere vel venire «per se vel alium», aliqua ratione vel causa, de iure vel de fatto, in iudicio vel extra iudicium, sub pena dupli pene supraditte, medietate ditte pene regie vel reginali curie et altera medietate ditto emptori vel suis heredibus persolvenda, me preditto notario puplico pro parte ditte curie et ditto emptore pro se et suis heredibus solemniter et legitime stipulantibus penam ipsam; qua soluta vel non aut gratiose remissa, preditta omnia et singula firma perdurent. Pro quibus omnibus et singulis inviolabiliter observandis et contra nullatenus veniendis, prefatus venditor in manibus ditti emptoris ad santa Dei evangelia corporaliter tatta prestitit in nostri presentia iuramentum; insuper voluit et mandavit dittus venditor quod si aliqua iuris sollemnitas in presenti instrumento deficeret, tacite intelligantur in eo et refici possit et valeat, totiens et quotiens opus erit, ad consilium // (c. 327v) sapientis, veritatis substantia non mutata. In cuius rei testimonium et omnium quorum et cuius interest et interesse poterit certitudinem et cautelam, presens scriptum publicum exinde fattum est instrumentum per manus mei preditti notarii, signo meo solito signatum, subscriptione mei qui supra iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

2

3

A nondum
A Bonopari

46. *Instrumentum exsecutionis*
testamenti dell'esecutore testamentario
Angelo de Bonopari, notaio

7

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

A dopne Argentie

A Eleya

A plene

A Bartholomei, *qui e in seguito*

A Petri

A ditte testatricis

A eadem testatrice

A venditione

A Girardus

A actione

A aut ipsis terris *piuttosto che* autoritate prescriptis

A fuit

A allegas

A pecunie

8

18

Quod scripsi ego idem Robertus magistri Perroni
puplicus ut supra notarius qui premissis rogatus interfui
et meo solito signo signavi. (SN) † Ego Petrus de
Lacupensuli olim in anno proximo preterite tertiedecime
inditionis iudex civitatis Potentie, in defettu aliorum
iudicum nondum in eadem civitate Potentie pro predicto
presenti anno decimequarte inditionis per reginalem
curiam creatorum qui supra † Ego Gregorius de Baliano
interfui † Ego Ranadus <sic> testis sum † Ego iudex
Ioannes de Aro de Oppido testis sum

19

20

A Eleya
A Balzano
A Aco